



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 132. Diversa edicta ad publicæ pacis conservationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

gem valebat, auctoritatem omnibus au- Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
licis exosus effrænata sua libidine cun-
ctorum invidiam in se concitabat, aula
excedere jubebatur: verum is brevi cum
factione, quæ tum prævalebat, pacem
inire satagens in Guisiorum gratiam re-
diit, oblata Duci unica ipsius filia, cui-
cunque ex filiis suis vellet, desponsan-
da, ea lege, ut ex nuptiali pacto am-
plissima tam sua, quam conjugis suæ
bona ei cederent, eorum usufructu dun-
taxat sibi, atque uxori suæ servato, ni-
hilominus hæ nuptiæ suo caruere suc-
cessu, quamvis pacta utrinque fuissent
acceptata.

§. CXXXII.

Diversa edita ad publicæ pacis con- servationem.

Sub idem tempus pro civilis admini- Shuan. l.c.
strationis utilitate varia promulga-
bantur edicta; quippe Cancellarius no-
mine Oliverius insignis legum, & æqui-
tatis custos pluribus decretis publicæ
singulorum securitati provide consulue-
rat: præprimis autem indictis etiam se-
verissimis pœnis inhibuit, ne absque
Regis licentia sclopeta breviora, vel
arma ad nocendum parata deferantur,
nec minus usum prohibuit longiorum
palliorum, & largiorum caligarum, qui-
bus ejusmodi arma occultari solebant;

Hist. Eccles. Tom. XLIII. Q non

Sæcul. XVI. non deerant tamen, qui hæc fuisse in
A.C. 1559. terdicta spargerent ad preces Cardina-
 lis Lotharingii, Viri alias timidi, qui
 cum sibi multos infensos esse sciret,
 semper sibi a suis hostibus periculum
 imminere pertimescebat. Paulo post in-
 super fuerunt revocatæ omnes Patrimo-
 nii Regii alienationes perperam, & in
 fraudem factæ, licet pensionis, aut al-
 terius cujusvis donationis nomine eti-
 am ex meritorum proemio factæ fuissent,
 a qua tamen lege possessiones eæ exci-
 piebantur, quæ regiis filiabus pen-
 sionis loco, aut in dotem datæ sunt: in-
 super sub hoc decreto non fuerunt com-
 prehensæ aliæ donationes a Regibus con-
 cessæ, quæ tamen singulæ articulatim
 enumerabantur.

§. CXXXIII.
Equites Ordinis S. Michaelis creati.

Thuan. l. 23. Post hæc Guifii, ut plures sibi clientes
Mezer. t. 5. devoverent, Regi Authores extitente,
d. 12. re, ut quoscam Ordinis S. Michaelis
 Equites crearet. Annuit Rex, mox
 que eorum octodecim cooptavit, qui nu-
 merus certe major erat, quam unquam
 ab Anno millesimo quadringentesimo ie-
 xagesimo nono, quo Ludovicus IX. hunc
 Ordinem inituerat, factum esse con-
 stat. Peractis hisce soleminiis Rex Bar-
 rum venit, atque ibi, cum Catharina
 Medi-